

Law
Roman
H135

CORPUS LEGUM

AB IMPERATORIBUS ROMANIS ANTE IUSTINIANUM LATORUM,

QUAE EXTRA CONSTITUTIONUM CODICES SUPERSUNT.

ACCEDUNT

RES AB IMPERATORIBUS GESTAE, QUIBUS ROMANI IURIS HISTORIA ET IMPERII STATUS

ILLUSTRATUR.

EX MONUMENTIS ET SCRIPTORIBUS GRAECIS LATINISQUE COLLEGIT,
AD TEMPORIS RATIONEM DISPOSUIT, INDICIBUS, QUI CODICES QUOQUE COMPREHENDUNT,
CONSTITUTIONUM, RERUM, PERSONARUM, LOCORUM

INSTRUXIT

D. GUSTAVUS HAENEL,

LIPSIENSIS.



LIPSIAE,

J. C. HINRICHS, BIBLIOPOLA.

MDCCCLVII.

ANTONINUS CARACALLA.

*Conf. Augustus, Traianus, Hadrianus, Divus Pius, Divi Fratres, Marcus Aurelius, Septimius Severus, Septimius Severus et Caracalla, supr. p. 1, 2, 12, *83, *96 sq., *100, 102, 106, 110, 115, *123, 124, 128.*

965. p. C. n. 212. DUOBUS ASPRIS COSS.

Πάντες οἱ γεννάδες οἱ καὶ ἐφ' ὅσων ἐγκλήματι καὶ ὁποσὼν καταδεδωσμένῳ, κατελθέτωσαν. Omnes exules rei facti, cuiuscumque sceleris et quomodocumque damnati sint, restituantur. *Dio Cass. 77, 3. Zonaras 12, 12.* — Relegatis deportatisque reditum in patriam restituit. *Spartian. Antonin. Carac. 3.* — *Ulpianus Lib. III. de Officio Proconsulis.* Imperator Antoninus edicto proposito statuit, ut, cuiuscumque aut quacumque causa ad tempus ordine, vel aduocationibus, vel quo alio officio fuisset interdictum, completo tempore nihilominus fungi honore vel officio possit. *L. 3, § 1 D. de Deurion. 50, 2. Cf. Cod. 10, 59, 1.* — *Ulpianus Lib. X. ad Edictum.* Constitutio Imperatoris nostri, quae scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit iudici, vel adversario in publicis, vel privatis, vel fiscalibus causis pecuniam dare; et ex hac causa litem perire iussit. *L. 1, § 3 D. de Calumn. 3, 6. Cf. Cod. 7, 49, 1.* — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Si quis taedio vitae, vel impatientia doloris alicuius, vel alio modo vitam finierit, successorem habere divus Antoninus rescripsit. *L. 3, § 4 D. de Bonis eorum 48, 21. Cf. Cod. 9, 50, 1.* — *Ulpianus Lib. XXII. ad Edictum.* In orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt. *L. 17 D. de Statu hom. 1, 5.* — *Αιτωνίος ... τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας πρότερον παρ' ἐκείνου τῶν ἐπιχόου αἰτούμενον ... ἅπαν ἐν κοινῷ τοῖς ἐπιχόου δέδωται.* Antoninus ... ius Romanae civitatis, quod antea ab unoquoque subditorum petendum erat, ... in commune omnibus subditis douavit. *Nov. Iust. 78, 5.* — *Postea gratissime atque humanissime factum est, ut omnes ad Romanum imperium pertinentes societatem acciperent civitatis et Romani cives essent, tantum quod plebs illa, quae suos agros non haberet, de publico viveret. *Augustinus de Civitate Dei 5, 17. Cf. D. Pius, M. Aurelius Ant.* — Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini omnia caduca fisco vindicantur. *Ulpian. 17, 2.* — *Ulpianus Libro Institutionum II. Sub Titulo De Successionibus Ab Intestato.* Imperator noster in hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, eas solas personas voluit admitti, quibus decimae immunitatem ipse praebuit. *Coll. Leg. Mos. et Rom. 16, 9 inf.* — *Χωρὸς τῶν στεγάνων τῶν χρυσῶν, οὗς ὡς καὶ πολεμίους τινὰς ἀεικῶν πολλὰς ἦται ... τῶν τε ἐπιτηδείων, ἃ πολλὰ καὶ πανταχόθεν, τὰ μὲν προῖκα, τὰ δὲ καὶ προσαναλίσκοντες εἰσεπρασομένθα, ἃ πάντα ἐκείνους τοῖς στρατιώταις ἐχαρίζετο, ἢ καὶ ἐκαπῆλενε· καὶ τῶν δόσεων, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν τῶν πλουσίων καὶ παρὰ τῶν δήμων προσήται τῶν τε τελῶν, τῶν τε ἄλλων ἃ καινὰ προσκατέδειξε, καὶ τῶν τῆς δεκάτης, ἢ ἀπὸ τῆς εἰκοστῆς ὑπὲρ τε τῶν ἀπελευθερωμένων, καὶ ὑπὲρ τῶν καταλειπομένων τῶν κλήρων, καὶ δωρεὰς ἐποίησε πάσης, τὰς τε διαδοχὰς καὶ τὰς ἀτελείας τὰς ἐπὶ τούτοις, τὰς δεδομένας τοῖς πᾶν προσήγονσι τῶν τελευτώντων, καταλύσας· οὗ ἕνεκα καὶ Ῥωμαίους πάντας τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ, λόγῳ μὲν τιμῶν, ἔργῳ δὲ ὅπως πλείω αὐτῷ καὶ ἐκ τοῦ τοιοῦτον προσῆ, διὰ τὸ τοὺς ξένους τὰ πολλὰ αὐτῶν μὴ συντελεῖν, ἀπέδειξεν.* Praeter coronas aureas, quas continuo, velut victis quibusdam hostibus, exigebat ... praeter commueatus, qui partim sine pretio, partim etiam cum gravissimo sumtu nostro, magno ubivis numero a nobis exigebantur; quae ille cuncta aut donabat militibus, aut cauponum more vendebat: praeter munera, quae quum a privatis opulentioribus, tum a civitatibus flagitabat: postremo praeter vectigalia, quum cetera, quae ab ipso primum reperta sunt, tum vectigal decimae, quam pro vicesima constituit, tam eorum qui manumitterentur, quam hereditatum, quae aliquibus relinquerentur, et omnis donationis; quum succedendi ab intestato ius, et immunitates in huiusmodi successioneibus, quae proximis defunctorum concessae legibus erant, sustulisset: cuius rei causa etiam omnibus, qui in orbe Romano erant, civitatem dedit: specie quidem ipsa iis honorem tribuens, sed revera, ut fiscum suum auget, quippe

quum peregrini pleraque horum vectigalium non penderent. *Dio Cass. 77, 9.*

965—967, p. C. n. 212—214.

Imp. Antoninus A. Muciano. Minor quod absque tutore vel curatore vendidit vel obligavit, dum ad legitimam aetatem venerit, restituitur illi. *Ex eod. Verecellensi Iuliani Epit. Novell. Iust.*

966. p. C. n. 213. M. AURELIO ANTONINO A. IV. D. COELIO BALBINO II. COSS.

Germanicum se appellavit. *Spartian. Antonin. Carac. 5.* — *Paulus Libro Responsorum V. Sub Titulo Ex Locato et Conducto.* Imp. Antoninus Iulio Agrippino. Dominus horreorum periculum vis maioris vel effracturae latronum praestare non cogitur. His cessantibus si quid ex depositis rebus, illaesis extrinsecus horreis, perit, damnus depositorum sarciri debet. *Prop. IV. Non. Nov. Antonino IV. et Balbino Coss. Paulus respondit. Satis praepositam constitutionem declarare, his, qui horrea locant, maiorem vim imputari non posse. Coll. Leg. Mos. et Rom. 10, 8. Cf. l. 1 C. de Locato et Conducto 4, 65.*

968. p. C. n. 215. LAETO II. ET CEREALI COSS.

Paulus Lib. II. de Censibus. Divus Antoninus Antiocheus colonos fecit salvis tributis. *L. 8, § 5 D. de Censibus 50, 15.* — Antiochenis et Byzantiis interventu suo iura vetusta restituit, quibus iratus fuit Severus. *Spartian. Anton. Carac. 1.* — *Ulpianus Lib. I. de Censibus.* Emesena civitati Phoenices Imperator noster ius coloniae dedit, iurisque Italici eam fecit. *L. 1, § 4 D. de Censibus 50, 15.* — *Καὶ τοὺς στρατιώτας, τοὺς ὠτακωστοῦντίας τε καὶ διοπιεύοντας αὐτὰ, προσέταξεν ὑπὸ μηδενὸς πληρῆ ἢ ἑαυτοῦ κολάζεσθαι.* Vetabat, ne milites auscultatores et inspectores ab alio, quam ab ipso, punirentur. *Dio Cass. 77, 17.*

969. p. C. n. 216. C. ATIO SABINO II. CORNELIO ANULLINO COSS.

[Ὁ αὐτὸς τοῖς στρατιώταις ἄδλα τῆς στρατείας, τοῖς μὲν ἐν τῷ δορηνοικῶ τεταρμένοις ἐς γῆλας διακοσίας πενήκοντα, τοῖς δὲ πεντακοσμίαις λαμβάνειν. Idem militibus praemia militiae constituit, iis quidem, qui in praetoriis cohortibus militant, aureos ducentos, ceteris quinquaginta. *Dio Cass. 77, 24.*] — Parthicus appellatus est. *Spartian. Anton. Carac. 6.* — Quum Germanici, Parthici et Arabici et Alemannici nomen adscriberet. *Spartian. l. e. 19.*

970. p. C. n. 217. C. BRUTTIO PRAESENTI T. MESSIO EXTRICATO II. COSS.

Λόγματι μὲν γὰρ οὐκ ἠτιμώθη, διὰ τὸ τοὺς στρατιώτας τῆς μὲν εἰρήνης, ἢς ἀντήλπισαν παρὰ τοῦ Μαζονίου λήψεσθαι, μὴ τυχῆν τῶν δὲ δὴ κερδῶν, ὧν παρ' ἐκείνου ἐλάμβανον, στερομένους, πᾶν αὐτὸν ποθήσαι· ἄλλα καὶ ἐς τοὺς ἥρωας μετὰ τούτο, ἐκκησάντων αὐτῶν, ἐσεργάγη· καὶ τούτο καὶ τῇ βουλῇ διλογῶτι ἐψηφίσθη. At vero nulla ex senatusconsulto infamia notatus fuit; quod milites, quum pacem, quam se a Macrino speraverant accepturos, consecuti non essent, iis vero praemiis fraudarentur, quae ab illo acceperant, rursus Antoninum desiderarent: qui, militibus postea id evincitibus, inter deos relatus est, accedente nimirum senatusconsulto. *Dio Cass. 78, 9.*

I n c e r t . a n n .

Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis. Quum quidam servus in metallum damnatus beneficio principis esset iam poena liberatus, Imperator Antoninus rectissime rescripsit, quia semel domini esse desiderat servus poenae factus, non esse eum in potestate domini postea reddendum. *L. 8, § 12 D. de Poenis 48, 19.* — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Quid, si fideicommissaria libertas ei (servo in metallum condemnato) relicta sit, et poena metalli indulgentia principis sit liberatus? Et est rescriptum ab Imperatore nostro, hunc in dominium prioris domini non restitui. *L. 24, § 5 D. de Fideic. libert. 40, 5.* —

Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum. Quum quasi absente quodam decretum fuisset interpositum, ex iusta causa eum abesse, is autem mortuus iam esset, Imperator noster rescripsit, in heredis personam transferendum decretum, eoque loco ius eius esse, quasi hunc ipsum ex eadem causa abesse pronuntiasset. *L. 30 pr. D. eod. tit. — Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Imperator noster Antoninus rescripsit, eum, cui fideicommissa libertas debetur, sine libertate aliquid ex testamento heredis accipere posse. *L. 30 D. eod. tit., § 15. — Paulus Lib. III. Fideicommissorum.* Quodsi dominus vendere paratus sit, et servus velit manumitti, cogendus est heres redimere et manumittere, nisi dominus velit servum manumittere, ut actio sibi pretii in heredem detur. Idque faciendum est, etiam si heres latitet; et ita Imperator Antoninus rescripsit. *L. 31, § 4 D. eod. tit. — * Paulus Lib. III. De rectorum.* In testamento, quod perfectum non erat, alumnae suae libertatem et fideicommissa dedit; quum omnia ut ab intestato * filii egissent, quaesivit Imperator, an ut ex causa fideicommissi manumissa fuisset. Et interlocutus est, etiamsi nihil ab intestato pater petiisset, pios tamen filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset; pronuntiavit igitur, recte eam manumissam, et ideo fideicommissa etiam ei praestanda. *L. 38 D. de Fideicommiss. libert. 40, 5. — Ulpianus Lib. Singulari Pandectarum.* Imperator Antoninus constituit, non alias ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, nisi prius administrationum rationes reddiderit, quas, quum in servitute esset, gessisset. *L. 34 D. de Liber. eaus. 40, 12. — * Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Imperatoris nostri rescripto cavetur, ut, si patronus libertum suum non aluerit, ius patroni perdat. *L. 5, § 1 D. de Iure patronatus 37, 14. — Ulpianus Lib. XXXV. ad Sabinum.* Voluntatem filiae, quum pater agit de dote, utrum sic accipimus, ut consentiat, an vero ne contradicat filia? Et est ab Imperatore Antonino rescriptum, filiam, nisi evidenter contradicat, videri consentire patri. *L. 2, § 2 D. Solutio matr. 24, 3. — Ulpianus Lib. XIX. ad Edictum.* Si filiusfamilias iussu patris obligatus sit, debet hoc debitum praecipere; sed et si in rem patris vertit, idem placet, et si de peculio peculium praecipiet; et ita Imperator noster rescripsit. *L. 20, § 1 D. Fam. erc. 10, 2. — Ulpianus Lib. II. de Censibus.* Nuptiae prius consulari viro impetrare solent a principe, quamvis perraro, ut nuptiae iterum minoris dignitatis viro nihilominus in consulari maneat dignitate; ut scio Antoninum Augustum Iuliae Mammaeae consobrinae suae indulgisse. *L. 12 pr. D. de Senat. 1, 9. — Ulpianus de Officio Praetoris Tutelarum.* Observari oportet, ne his pupillis tutorem det, qui patrimonium in his regionibus habent, quae sunt sub iurisdictione, ut Cl. Pompeiano praetori Imperator noster rescripsit. *Vat. Fr. 232. — Ulpianus Lib. XXXVII. ad Sabinum . . .* Et ita definiemus, ei, quem aetas curae vel tutelae subiecit, non esse necesse quasi dementi quaeri curatorem; et ita Imperator Antoninus Augustus rescripsit, quum magis aetati, quam dementiae tantisper sit consulendum. *L. 3, § 1 D. de Tutelis 26, 1. — Imperator noster indulget, ut a tutelis, quas susceperant, antequam pistores essent, excusarentur, sed hoc ab ipso creatis pistorebus praestitit; et ita Marco Diocae praefecto annonae rescripsit. Vat. Fr. 235. — Item Furio Epatidae, quum allegasset, se unum oculum amisisse et in alio periclitari, rescripsit, an propter adversam valetudinem oculorum excusari deberet, praetorem aestimaturum. Vat. Fr. 239. — Ulpianus de Officio Praetoris Tutelarum Libro Singulari.* Luminibus captum (a tutela excusari), Portato Faustino rescripsit Imperator noster eum patre. *Vat. Fr. 238. — * Modestinus Lib. III. Excusationum.* Εἰσὶν καὶ ἄλλοι, οἱ, καὶ ᾗδι ὄσων ἐπίτροποι ἢ κοροράτορες, διμρεκῶς λοιπὸν ἀπολόονται τῆς φροντίδος· οἷον οἱ τὴν ἐστὴν ἀλλαγὴν μεταθεῖναι τῶν ἰσχυρῶν βασιλικῶς εἰδότης μὲν αὐτῶν ἐπιτροπέειν, τὸ δὲ μετακίσειν ἡγῶς αὐτῶν φρονησόμενον, καὶ τούτων ἐλάττωρον διλοῦντος τοῖς γράμμασι. Sunt et alii, qui, etsi iam sint tutores vel curatores, continuo tamen de reliquo absolvuntur a sollicitudine, puta qui domicilium alio transtulerunt, ex rescripto Imperatoris scientis quidem tutorem esse eum, transmigrare autem expressim ei con-

cedentis, et horum alterutrum literis significantis. *L. 12, § 1 D. de Excusat. 27, 1. — Antoninus Granio Firmino Militi.* Ex duobus tutoribus, qui non specialiter in locum excusati dati sunt, sicut precibus tuis allegas, si unus pro tutore res tuas administravit, adversus eum tantum tibi competere actionem ignorare non debes, nec enim mutuo cessationis periculo qui nihil gessit teneri potest, quum simpliciter datus eius, qui administrationi se miscuit, contutor iure fuisse non videatur. *Vat. Fr. 228. — An is, qui se voluit excusare, nec obtinuit, postea potiores nominare possit, quaeritur, et magis est, ut possit, si dierum tempora patiantur. Vos enim . . . us, licet potior nominatus alterutrum debeat eligere, an velit negare se potiozem, an vero magis potiozem nominare, idque Imperator noster Aelio Diodoto praetori rescripsit. Vat. Fr. 206. — Ne hi quidem possunt potiores nominare, quos praetor confirmavit, testamento designatos, ut Imperator noster Aelio Diodoto praetori rescripsit. Vat. Fr. 211. — Diodoto praetori rescriptum est, potiozem nominare non poterit; n . . . nominare affinis, qui alterutra lege exceptus. Vat. Fr. 215. — Tryphoninus Lib. V. Disputationum.* A principe nostro rescriptum est, non prohiberi tutorem adesse pupillo in negotio, in quo advocatus contra patrem eius fuisset. Sed et illud permissum ab eo est, agere tutorem pupilli causa adversus fiscum, in qua adversus patrem pupilli antea advocatus fisci fuisset. *L. 11 pr. D. de Postulando 3, 1. — * Paulus Lib. II. De rectorum.* Romanus Appulus ab indice appellaverat, dicens, se non debuisse dari in tutela collegam ei, quem ipse, quum magistratus esset, nominasset suo periculo, ne in una tutela duplex periculum sustineret; decrevit Imperator, posse quem et fideiussorem pro tutore esse, et nihilominus tutorem dari. Itaque detentus est in tutela. *L. 28 D. de Tutor. 26, 5. — Paulus Lib. Singulari de Iure Libellorum.* Qui legationis officio fungitur, licet suum negotium curare non potest, magnus tamen Antoninus permisit ei, pupillae nomine et instruere, et defendere causam, licet legationi, quam suscepit, nondum renuntiaverit, praecipue quum participem officii ipsius absentem esse dicebat. *L. 11, § 1 D. de Legation. 50, 7. — Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Usque adeo ad contutores non venit, si sint solvendo contutores, ut prius ad magistratus, qui eos dederunt, vel ad fideiussores veniatur; et ita Imperator noster Ulpio Proculo rescripsit. *L. 1, § 15 D. de Tutela 27, 3. — * Ulpianus Lib. XVII. Institutionum.* De aqua per rotam tollenda ex flumine, vel haurienda, vel si quis servitutem castello imposuerit, quidam dubitaverunt, ne hae servitutes non essent; sed rescripto Imperatoris Antonini ad Tullianum adiecit, licet servitus iure non valuit, si tamen hae lege comparavit, seu alio quocunque legitimo modo sibi hoc ius acquisivit, tuendum esse eum, qui hoc ius possedit. *L. 2 D. Commun. praed. 8, 4. — * Ulpianus Lib. XXVIII. ad Edictum.* Per liberam personam pignoris obligatio nobis non acquiritur . . . nec mutat, quod constitutum est ab Imperatore nostro, posse per liberam personam possessionem acquiri. *L. 11, § 6 D. de Pign. act. 13, 7. Cf. Cod. 7, 32, 1. — Marcianus . . .* Quum Ulpianus Damascenus rogasset Imperatorem, ut sibi permitteret matri relinquere ad victum necessaria, et mater per libertum, ut quaedam sibi liceret filio deportato relinquere, Imperator Antoninus iis rescripsit in hunc modum: „Neque hereditas, neque legatum, neque fideicommissum contra mores et ius publicum huiusmodi personis relinqui potest, nec conditio harum personarum mutari debet. Quod vero pie rogastis, liceat vobis, ultima voluntate iis ad victum, et alios usus necessarios sufficientia relinquere, iisque ex hac causa relicta capere.“ *L. 16 D. de Interdictis 48, 22. — Ulpianus Lib. VI. ad Sabinum.* Prius sibi quis debet heredem scribere, deinde filio substituere, et non convertere ordinem scripturae; et hoc Iulianus putat, prius sibi debere, deinde filio heredem scribere; ceterum si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere. Quae sententia rescripto Imperatoris nostri ad Virium Lupum, Britanniae praesidem, probata est. *L. 2, § 4 D. de Vulg. et pup. subst. 28, 6. — Ulpianus Lib. XIII. ad Sabinum.* Si filius vel filia libertini sint

effecti, mater legitimam hereditatem vindicare non poterit, quoniam mater esse huiusmodi filiorum desiit; idque et Iulianus scripsit, et constitutum est ab Imperatore nostro. *L. 2, § 2 D. ad Senatuscons. Tertull. 38, 17.* — * *Ulpianus Lib. I. Fideicommissorum.* Si quis plane in insulam deportatus codicillos ibi fecerit, et indulgentia Imperatoris restitutus iisdem codicillis durantibus decesserit, potest defendi, fideicommissum valere, si modo in eadem voluntate duravit. *L. 1, § 5 D. de Legat. III.* — *Iulius Mauricius Lib. II. ad Legem Iuliam et Papiam.* Licet testatori repetere legatum usufructus, ut etiam post capitis deminutionem deberetur; et hoc nuper Imperator Antoninus ad libellum rescripsit, tunc tantum esse huic constitutioni locum, quum in annos singulos relegaretur. *L. 23 D. de Usu et usufr. 33, 2.* — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Iulianus Severus decessens, instituit quibusdam heredibus, alumno suo quinquaginta legaverat, eaque Iulio Mauro, colono suo, ex pensionibus fundi debitis ab eo praestari voluerat, eidemque Mauro quaedam legaverat; quum de hereditate fiscus quaestionem movisset, iussu procuratoris Maurus pecuniam fisco solverat, postea heres scriptus obtinuerat fiscum, alumno autem mortuo heres eius fideicommissum ab herede Manri petebat: placuit Imperatori, non videri eius fidei commissum, sed demonstratum, unde accipere posset; et ideo heres Severi haec praestare debet. *L. 27, § 2 D. de Legat. III.* — *Ulpianus Lib. III. Fideicommissorum.* Quidam liberis suis ex disparibus partibus instituitis, datis praeceptionibus, ut ipse maximam partem patrimonii inter liberos ita divisisset, rogavit eum, qui sine liberis decederet, portionem suam fratribus restituere. Imperator noster rescripsit, praeceptiones quoque fideicommissio contineri, quia non portionem hereditariam testator commemoravit, sed simpliciter portionem, in portionem autem et praeceptionem videri cecidisse. *L. 3, § 1 D. ad Senatuscons. Trebell. 36, 1.* — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Qui filium et filiam habebat, testamentum fecit, et ita de filia sua caverat: *Ἐπιδομαί σοι μή διατίθεσθαι, πρὸν τέκνῳ σοι γερέσθαι* [Mando tibi, non testari, donec liberi tibi sint]; pronuntiavit Imperator, fideicommissum ex hac scriptura deberi, quasi per hoc, quod prohibuisset eam testari, petisset, ut fratrem suum heredem faceret; sic enim accipiendam eam scripturam, ac si hereditatem suam rogasset eam restituere. *L. 74 pr. D. cod. tit.* — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Fabius Antoninus impuberem filium Antonium et filiam Honoratam relinquens, exheredatis his, matrem eorum Iuniam Valerianam heredem instituit, et ab ea trecenta, et quasdam res filiae reliquit, reliquam omnem hereditatem filio Antonino, quum ad annum vicesimum aetatis pervenisset, voluit restitui; quodsi ante annum vicesimum decessisset filius, eam hereditatem Honoratae restitui praecepit; mater intestata decessit, utrisque liberis legitimis heredibus relictis; postea filius annum agens plenum nonumdecimum, et ingressus vicesimum, ne dum tamen eo expleto decessit, filia herede Favia Valeriana sua relicta, a qua amita fideicommissum et ex testamento patris portionem hereditatis petebat, et apud praesidem obtinuerat; tutores Valerianae, filiae Antonini, egestatem eius praetendebant, et recitabant divi Hadriani constitutionem, in qua, quantum ad munera municipalia, iusserat, eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto numerari. Imperator autem noster motus et aequitate rei, et verbis testamenti: „Si ad annum vicesimum aetatis“, quamvis scire se diceret, a Divo Marco non excusatum a tutela eum, qui septuagesimum annum aetatis ingressus fuisset, nobis et legis Aeliae Sentiae argumenta proferentibus, et alia quaedam, contra petitiorem pronuntiavit. *L. 74 D. cit., § 1.* — *Imp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Quintianae . . .* Quum D. Antonino, parenti nostro, deberi etiam a substitutis fideicommissum contemplatione iudicii testatoris, quasi tacite ab his repetitum, iamdudum placuerit. *L. 4 C. ad Senatuscons. Trebell. 6, 49.* — *Paulus Libro Singulari de Tacitis Fideicommissis.* Imperator Antoninus Iulio Rufo: „Qui tacitam fidem accommodavit, ut non capienti restitueret hereditatem, si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet; quadrans

autem, qui heredi imponitur ipsius, eripiatur, et ad fiscum transferatur; unde dodrantis semissem solum capit, qui se detulit.“ *L. 49 D. de Iure fisci 49, 14.* — *Ulpianus Lib. LII. ad Edictum.* Imperator Antoninus Augustus rescripsit, certis ex causis etiam in propria bona heredis legatarios et fideicommissarios esse mittendos; si post sex menses, quum aditi pro tribunali fuerint hi, quorum de ea re notio est, in satisfactione cessatum est, inde fructus percepturos, quoad voluntati defunctorum satisfiat. Quod remedium servaretur et adversus eos, qui ex qua causa fideicommissio moram faciunt. *L. 5, § 16 D. Ut in possessione 36, 4.* Cf. *l. 5 cit., § 21, 23, 25.* — *Imp. Alexander A. Donato.* Certa est forma iurisdictionis, qua fideicommissi servandi causa in possessionem rerum, quae in causa hereditaria sunt aut dolo malo esse desierunt, is, cui legati vel fideicommissi nomine satis non datur, mittitur, vel in proprias res heredis, si fideicommissio satis non sit post sex menses, quam peti coeperit secundum divi Antonini patris mei constitutionem. *L. 6 Cod. Ut in poss. legat. 6, 54.* — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO . . .* Filia praeterita ius accrescendi ex vetera iure accipiebat . . . ex praetore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem. Constitutio magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum ius accrescendi competeat. *L. 4 C. de Libertis et postumis 6, 28.* — *Ulpianus Lib. VI. Fideicommissorum.* Imperator noster rescripsit, fiscum in rem habere actiones ex tacito fideicommissio. *L. 43 D. de Iure fisci 49, 14.* — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Si quis certam quantitatem cui reliquerit, et addiderit, facilius hanc summam posse compensari, quum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Caii Scii, nec velit ille hereditatem adire Caii Scii, sed petat fideicommissum, Imperator noster, contra voluntatem eum testantis petere fideicommissum, rescripsit, quum in fideicommissis praecipue spectanda servandaque sit testatoris voluntas. *L. 11, § 19 D. de Legat. III.* — *Paulus Lib. II. ad Plantium.* Imperator Antoninus rescripsit, ei, qui legatum ex testamento abstulisset, causa cognita hereditatis petitionem negandam esse, scilicet, si manifesta calumnia sit. *L. 43 D. de Her. pct. 5, 3.* — *Ulpianus Libro Singulari de Officio Curatoris Reipublicae.* Si quis opus, quod perfecit, assignavit, deinde id fortuito casu aliquo passum sit, periculum ad eum, qui fecit, non pertinere Imperator noster rescripsit. *L. 1, § 6 D. de Pollicit. 50, 12.* — *Ulpianus Lib. V. de Officio Proconsulis.* Si quis pecuniam ob honorem promiserit, coeperitque solvere, eum debere quasi coepto opere, Imperator noster Antoninus rescripsit. *L. 6, § 1 D. cod. tit.* — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Quum quidam, ne honoribus fungeretur, opus promississet, tam honores subire cogendum, quam operis instructionem, divus Antoninus rescripsit. *L. 12, § 1 D. cod. tit.* — * *Ulpianus Lib. XXX. ad Edictum.* Quaeritur, utrum ordo spectetur eorum, qui deposuerunt, an vero simul omnium depositariorum ratio habeatur? Et constat, simul admittendos; hoc enim rescripto principali significatur. *L. 7, § 3 D. Depositum 16, 3.* — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Quum quidam de fructuum exiguitate quereretur, non esse rationem eius habendam, rescripto D. Antonini continetur. Item alio rescripto ita continetur: „Novam rem desideras, ut propter vetustatem vinearum remissio tibi detur.“ Item quum quidam nave amissa vecturam, quam pro mutua acceperat, repeteret(ur), rescriptum est ab Antonino Augusto, non immerito procuratorem Caesaris ab eo vecturam repetere, quum munere vehendi finctus non sit; quod in omnibus personis similiter observandum est. *L. 15, § 5, 6 D. Locati, conducti 19, 2.* — * *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Quum quidam incendium fundi allegaret, et remissionem desideraret, ita ei rescriptum est: „Si praedium coluisti, propter casum incendii repentini non immerito subveniendum tibi est.“ *L. 15, § 3 D. cod. tit.* — * *Paulus Lib. VI. ad Sabinum.* Non ob eam rem minus ad periculum socii pertinet, quod negligentia eius periisset, quod in plerisque aliis industria eius societatis aucta fuisset; et hoc ex appellatione Imperator pronuntiavit. *L. 25 D. Pro socio 17, 2.* — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Interdum is, qui sumtum in funus fecit, sumtum non

recipit, si pietatis gratia fecit, non hoc animo, quasi recepturus sumtum, quem fecit; et ita Imperator noster rescripsit. *L. 14, § 7 D. de Religiosis 11, 7.* — *Heres eius (qui non excepto donavit et solvit), nisi forte durante voluntate decessit donator, (semper exceptione Cinciae uti potest): etenim doli replicationem locum habere Imperator noster rescripsit in haec verba... *Vat. Fr. 266.* — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Ex facto scio, quum Campani metu euidam illato extorsissent cautionem pollicitationis, rescriptum esse ab Imperatore nostro, posse eum a praetore in integrum restitutionem postulare; et praetorem me assidente interlocutum esse, ut sive actione vellet adversus Campanos experiri, esse propositam, sive exceptione adversus petentes, non deesse exceptionem. Ex qua constitutione colligitur, ut, sive perfecta sive imperfecta res sit, et actio, et exceptio detur. *L. 9, § 3 D. Quod metus causa 4, 2.* — *Imp. Alexander A. Floro.* Et quae a D. Antonino, patre meo, et quae a me rescripta sunt, cum iuris et aequitatis rationibus congruunt. *L. 8 C. de Edendo 2, 2.* Cf. *l. 4—6 C. eod. tit.* — *Paulus Lib. XIII. ad Edictum.* Quum quidam arbiter ex aliis causis inimicus manifeste apparuisset, testationibus etiam conventus, ne sententiam diceret, nihilominus nullo cogente dieere perseverasset, libello cuiusdam id querentis, Imperator Antoninus subscripsit, posse eum uti doli mali exceptione. Et idem, quum a iudice consulere, apud quem poena petebatur, rescripsit, etiamsi appellari non potest, doli mali exceptionem in poenae petitione obstaturam. *L. 32, § 14 D. de Recept. 4, 8.* — **Ulpianus Lib. IX. ad Edictum.* Ubiemque absens quis damnari potest, ibi quemvis verba pro eo facientem et innocentiam excusantem audiri aequum est, et ordinarium admittere; quod et ex rescripto Imperatoris nostri apparet. *L. 33, § 2 D. de Procurat. 3, 3.* — *Ulpianus Lib. XXVI. ad Edictum.* Si dedi, ut secundum me in bona causa iudex pronuntiaret, est quidem relatum, conditioni locum esse; sed hic quoque crimen contrahit, iudicem enim corrumpere videtur; et non ita pridem Imperator noster constituit, litem eum perdere. *L. 2, § 2 D. de Cond. ob turp. vel iniust. caus. 12, 5.* Cf. *l. 1 C. de Poen. iud. 7, 49.* — *Ulpianus Lib. III. de Officio Consulis.* Si rerum, quae pignoris iure captae sunt, controversia fiat, constitutum est ab Imperatore nostro, ipsos, qui rem indicatam exsequuntur, cognoscere debere de proprietate; et si cognoverint eius fuisse, qui condemnatus est, rem indicatam exsequantur. *L. 15, § 4 D. de Re iud. 42, 1.* — *Ulpianus Lib. III. de Officio Consulis.* Sic quoque iudices exsequantur iudicatum, ut nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit; posse enim nomen iure pignoris capi, Imperator noster rescripsit. *L. 15 D. cit., § 8.* — **Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Constitutum est ab Antonino, ut etiam in bona heredis quis admittatur certis modis. *L. 3, § 1 D. Ne vis fiat ei 43, 4.* — *Maeer Lib. I. de Appellationibus.* Ab eo, qui sententiam male interpretari dicitur, appellare licet, si tamen is interpretandi potestatem habuit, velut praeses provinciae, aut procurator Caesaris; ita tamen, ut in causis appellationis reddendis hoc solum quaeratur, an iure interpretatus sit; idque etiam divus Antoninus rescripsit. *L. 4, § 1 D. de Appell. 49, 1.* — *Ulpianus Lib. IV. de Appellationibus.* Plane si appellatione non recepta non ipsum adierit, quem debuit, sed principem, pro eo habebitur, atque si is aditus est (esset?), qui adiri debuit, idque rescriptis Imperatoris nostri Antonini declaratur. *L. 5, § 3 D. de Appell. recipiend. 49, 5.* — *Paulus Lib. III. Decretorum.* Iussit Imperator audiri approbantem, sibi a fiseo deberi, quod ipse convenit. *L. 24 D. de Compens. 16, 2.* — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Idem Imperator Licinio Frontoni rescripsit, insolitum esse, post sententiam vice sua ex appellatione dictam alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum principem. *L. 18, § 3 D. de Min. 4, 4.* — *Paulus Lib. LIV. ad Edictum.* Divus Antoninus de his, qui praedam ex naufragio diripiissent, ita rescripsit: „Quod de naufragiis navis et ratis scripsisti mihi, eo perfinet, ut explores, qua poena afficiendos eos putem, qui diripiisse aliqua ex illo probantur; et facile, ut opinor, constitui potest. Nam plurimum interest, peritura collegerint, an, quae servari

possint, flagitiose invaserint; ideoque si gravior praeda vi appetita videbitur, liberos quidem fustibus caesos in triennium relegabis, aut si sordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis, servos flagellis caesos in metallum damnabis; si non magnae pecuniae res fuerint, liberos fustibus, servos flagellis caesos, dimittere poteris. Et omnino, ut in ceteris, ita huiusmodi causis, ex personarum conditione et rerum qualitate diligenter sunt aestimandae, ne quid aut durius, aut remissius constitutur, quam causa postulabit.“ *L. 4 D. de Incendio 47, 9.* — **Marcianus Libro Singulari de Delatoribus.* Magnus Antoninus rescripsit, si colonus vel servi domini praedii ferrum (furtum) illicite in praedio fecerint ignorante domino, nulla poena teneri dominum. *L. 16, § 11 D. de Publice. 39, 1.* — **Ulpianus Lib. LVII. ad Edictum.* Posse hodie de omni iniuria, sed et de atroci civiliter agi, Imperator noster rescripsit. *L. 7, § 6 D. de Iniuriis 47, 10.* — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum Praetoris.* Si quis in hereditarium sepulcrum inferat, quamvis heres, tamen potest sepulcri violati teneri, si forte contra voluntatem testatoris intulit; licet enim cavere testatori, ne quis eo inferatur, ut rescripto Imperatoris Antonini cavetur. *L. 3, § 3 D. de Sepulcr. viol. 47, 12.* — *Arrius Menander Lib. I. de Re militari.* Qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt, legive passi sunt, Imperator noster rescripsit, et hos militarium puniendos. *L. 4, § 9 D. de Re militari 49, 16.* — *Arrius Menander Lib. II. de Re Militari.* Qui in desertione fuit, si se obtulerit, ex indulgentia Imperatoris nostri in insulam deportatus est. *L. 5, § 4 D. cod. tit.* — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis Sub Titulo Ad Legem Fabiam.* Eo perventum est constitutionibus, ut Romae quidem praefectus urbis solus super ea re cognoscatur, si intra milliarium centesimum sit in via (**Italia s. Fabiam*) commissa (um). Enimvero si ultra centesimum, praefectorum praetorio erit cognitio; in provincia enim (est) praesidium provinciarum, nec aliter procuratori Caesaris haec cognitio iniungitur, quam (si) praesidis partibus in provincia fungatur. Plane post sententiam de Fabia latam procuratoris partes succedunt. Vice praesidis provinciam regit, licet de capitalibus causis cognoscere nec soleat, tamen ut de lege Fabia possit cognoscere, Imperator Antoninus constituit. Item legis Iuliae de adulteriis coercendis constitutione Imperatoris Antonini quaestionem accepit. *Coll. Leg. Mos. et Rom. 14, 3, 2 et 3.* — *Paulus Lib. I. Responsorum.* Imperator Antoninus Aurelio Atiliano rescripsit: „Praeses ultra administrationis suae tempus interdicere alicui arte sua uti non potest.“ Idem respondit, eum, qui suo admissio decurionum honorem amisit, non posse in poenis evitandis decurionis filii honorem vindicare. *L. 43 D. de Poenis 48, 19.* — *Ulpianus Lib. II. de Censibus.* Rebus concessam immunitatem non *habere intercidere, rescripto Imperatoris nostri ad Pelignianum recte expressum est. *L. 3, § 1 D. de Censibus 50, 15.* — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Eos, qui primis literis pueros induunt, non habere vacationem, divus magnus Antoninus rescripsit. *L. 11, § 4 D. de Muner. 50, 4.* — *Ulpianus Lib. I. de Officio Proconsulis.* Imperator noster Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripsit, proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἐφεσῶν (et inter matricas urbes Ephesum) primam attingere. *L. 4, § 5 D. de Off. procons. 1, 16.* — Aegypti sacra per eum deportata Romam, atque aucta urbs magno accessu viae novae. *Aurel. Viet. de Caes. 21.* — Sacra Isidis Romam deportavit... In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum sacra Isidis primum per lunc Romam venisse dicantur, quum Antoninus Commodus ea celebraverit. *Spartian. Anton. Carac. 9.* — Multa contra iura civitatum fecit... Damnati sunt, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statuae aut imagines erant principis et qui coronas imaginibus eius detraxerant, ut alias ponerent. Damnati sunt et qui remedia quartanis tertianisve collo annexa gestarent. *Spartian. Anton. Carac. 5.* — Καὶ τι αὐτοῦς, καὶ ἡ τῶν ἐπὶ τε τῶν ὑπ' ἐκείνων καταδειγθέντων κατ'ἀλλοίς; πάντα γὰρ, ὅσα ποτὲ πρὸς τὸ καθεστηκός, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ δημοσίου τοῦ τῶν Ρωμαίων, ἀλλὰ καὶ οἰκοθέν τισιν, καὶ ἐξ ἐπιτοπίης αὐτοῦ πρὸς

τιῶν δόμων ἀηλίσκετο, ἀνετίχη. Movebat eos quoque nihil earum rerum, quae sub illo instituta fuerant, abrogatio; nam omnia, quaecumque aliquando praeter morem, non tantum ab acrio Romano, verum etiam a privatis nonnullis et per procuratores eius, a quibusdam populis solebant exigi, abolita fuerant. *Dio Cass.* 78, 18. — In annonis tribuendis largissimus fuit, in auro pareissimus. *Capitolini Macrinus* 13. — In conspectu eius Papinianus securi percussus est et a militibus occisus . . . Filium Papiniani, qui ante triduum quaestor opulentum munus ediderat, interemi . . . Saepe in senatum, saepe in populum superbe invectus est, aut edictis propositis aut orationibus editis. *Spartian. Anton. Carac.* 4. — Καὶ ἐπήγγελλε μὲν ὡς πρωτότατον δικάζων ἢ ἄλλο τι δημόσιον πράξων, παρέτεινε δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν μεσημβρίαν ἢ καὶ εἰς ἑσπέραν ἀντήρ. Iudicia et alias publicas actiones mane denuntiabat, sed ultra meridiem aut in ipsam vesperam differabat. *Zonaras* 12, 12. — Ἐδίδαξε μὲν ὄν ἢ τί, ἢ οὐδέν. Raro aut nunquam potius ius reddidit. *Dio Cass.* 77, 17. — Congiaria data. *Capitolini Macrinus* 5.

MACRINUS.

970. p. C. n. 217. C. BRUTTIO PRAESENTE II.
MESSIO EXTRICATO II.

Se nunc Severum, nunc Antoninum appellavit. *Capitolini Macrinus* 2. Cf. *Capitolini* 1. c. 3. — Filio Diadumeno in principatum adscito, quem continuo Antoninum a militibus appellari iussit. *Capitolini Macrinus* 5 et 2, 6, 7. *Lampridii Antonin. Diadum.* 1, 2, 6. — Οὐ μὲν οὐδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τῷ τῆς ἐπιστολῆς προσμίῳ, καίτοι καὶ Καίσαρα καὶ αὐτοκράτορα αὐτὸν ὀνομάσας. Atque ille ne filii quidem nomen in prooemio litterarum inscripsit, etsi Caesarem et Imperatorem eum vocasset. *Dio Cass.* 78, 37. — Sciendum, quod Caesar fuisse dicatur, non Augustus Diadumenus puer. *Capitolini* 1. c. 10. — Felicis nomen accepit (Macrinus). *Capitolini Macrinus* 11. Cf. *Lampridii Antonin. Diadum.* 2. — Herodianus . . . Diadumenum tantum Caesarem dicit puerum a militibus nuncupatum . . . Congiarium etiam per edictum Antoninianum promisit, ut ipsum edictum poterit indicare. Verba edicti: „Vellem, Quirites, iam praesentes essemus. Antoninus vester vobis congiarium sui nominis daret. Daret praeterea et pueros Antoninianos et puellas Antoninianas, quae tam grati nominis gloriam propagarent. *Lamprid. Diadum.* 2. — Τὰ τε περὶ τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐλευθερίας, καταδειχθέντι ὑπὸ τοῦ Καρακάλλον πάσης . . . καὶ μηδεμίαν εἰκόνα αὐτοῦ, μήτε ἀργύραν ὑπὲρ πέντε λίτρας, μήτε χρυσὴν ὑπὲρ τρεῖς, γίνεσθαι ἐκέλευσε. At haec, quae circa hereditates et manumissiones a Caracallo fuerant constituta, abolevit . . . nullam sibi quoque statuam, neque argenteam, ultra libras quinque, neque ultra tres, auream fieri iussit. *Dio Cass.* 78, 12. — * Καὶ μετὰ τοῦτο τό τε διαδοσθῆναι τινα ἐν ταῖς τῶν στρατιῶν τῶν πᾶν θείας, πλὴν τῶν τῇ Φλώρα τελουμένων, οἱ τε δικαιοσύνη τὴν Ἰταλίαν διοικούντες ἐπαύσαντο, ὑπὲρ τὰ νομισθέντι ὑπὸ τοῦ Μάρκου δικάζοντες. At postea mos ille distribuendi quaedam in ludis, quos praetores maiores curarent, (exceptis, qui Florae fiunt) desiit, et iuridicis cura Italiam administrandi adempta est, quod praeter statuta a Marco, ius dicerent. *Dio Cass.* 78, 22. — Adulterii reos semper vivos simul incendit, iunctis corporibus. Servos, qui a dominis fugissent, reptos ad gladium ludi deputabat. Delatores, si non probarent, capite affecit, si probarent, delato pecuniae praemio infames dimisit. In erucem milites tulit, et servilibus suppliciis semper affecit: et quum seditiones militares pateretur, milites saepius decumavit, aliquando etiam centesimavit. *Capitolini Macrinus* 12. — Fuit in iure non incallidus, adeo ut statuisset omnia rescripta veterum principum tollere, ut iure, non rescriptis ageretur, nefas esse dicens, leges videri Commodi et Caracalli et hominum imperitorum voluntates, quum Traianus nunquam libellis responderit, ne ad alias causas facta praeferen-

tur, quae ad gratiam composita viderentur. *Capitolini Macrinus* 13. — Ἐμοὶ δὲ σοφὸς, μηδὲν τι πρότιν ἀνευ τῆς ὑμετέρας γνώμης, ζωνοφόρος τε καὶ συμβούλος ἔχει τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως. Ὑμεῖς δὲ ἐν ἀδείᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ βίωσασθε, ὧν ἀγχοθήητε μὲν ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν βασιλέων, ἀποδοῦναι δὲ ὑμῶν ἐπιφρόνησαν, πρότερον μὲν Μάρκος, ὕστερον δὲ Πέρτιναξ. Mihi sane decretum est, nihil sine auctoritate vestra gerere ac vos participes consiliariosque habere. Vivetisque pro arbitrio vestro in libertate illa, quam vobis antehac a patriciis imperatoribus ereptam Marcus, deinde Pertinax restituere conati sunt. *Herodian. Hist.* 5, 1. — Συναργάται τε ἢ δοῦλοι, ὅσοι δεσπότις κατήγγελλον, ἀνεσκολοπίσθησαν. Ἡ τε Ῥωμαίων πόλις καὶ σχεδὸν πᾶσα ἢ ὑπὸ Ῥωμαίων οἰκονομήη, καθαρῶς ποιεῖσθαι ἀνθρώπων, τῶν μὲν κολασθέντων, τῶν δὲ ἐξωσθέντων. Delatores autem et servi omnes, quicumque dominos detulerant, patibulo suffixi totaque urbs atque adeo Romanum imperium secleratis hominibus perpuratum, partim supplicio affectis, partim eiectis. *Herodian. Hist.* 5, 2.

HELIOGABALUS.

Cf. *Severus Alexander.*

971—975. p. C. n. 218—222.

* His consulibus (Antonino et Advento 218) instrumenta debitorum fisco in foro Romano arserunt. *Ital. Descr. Cons.* — Hic quidem prius dietus est Varius, post Helioabalus a sacerdotio dei Helioabali, cui templum Romae in eo loco constituit, in quo prius aedes Horci fuit, quem e Syria secum advexit. Postremo quum accepit imperium, Antoninus appellatus est. *Lamprid. Helioabalus* 1. — Id egit, ne quis Romae deus nisi Helioabalus coleretur. Dicebat praeterea, Iudaeorum et Samaritanorum religiones et Christianam religionem ille transferendam, ut omnium culturarum secretum Helioabali sacerdotium teneret. *Lamprid. Helioab.* 3. — Helioabalae templum Romae aedificatum. *Euseb. Chron. int. Hier. ad a.* 223. *Cassiod. Chron. ad a.* 221. — Translato Romam dei simulacro in palatii penetralibus constituit. *Aurel. Vict. de Caes.* 23. — Οὐχ ὅτι θεὸν τινα ξενικὸν ἐξ τῆς Ῥώμης εἰσήγαγεν, οὐδ' ὅτι καινοπραπέστατα αὐτὸν ἐμεγάλυνεν, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸ τοῦ Μιῶς αὐτοῦ ἤγαγεν αὐτὸν, καὶ ὅτι καὶ ἱερεῖα αὐτοῦ ἐαυτὸν ψηφισθῆναι ἐποίησεν. Non solum quod peregrinum deum introduxit in urbem, aut quod novis eum et magnis honoribus affecit; sed quod ipsi praeposuit Iovi, seque eius sacerdotem erari, decreto senatus curavit. *Dio Cass.* 79, 11. — Προσέταξε τε, πάντας τοὺς Ῥωμαίων ἀρχοντας, καὶ εἴ τινας δημοσίας θυσίας ἐπιτελοῦσι, πρὸ τῶν ἄλλων θεῶν οὓς δι' ἡμεῶν ἱεροποιούντες, ὀνομάξω τὸν νέον θεὸν Ἐλεγαβάλου. Edixit item, ut omnes Romani magistratus, quique publicae saera facerent, ante alios deos, quorum meminisse inter sacrificandum solent, novum illum deum Helaeagalum nuncuparent. *Herodian.* 5, 5. — Ὁ τε Ἐλεγάβαλος αὐτὸς ἐκ τῆς Ῥώμης παντίπασιν ἐξέπεσε. Tum (interfecto Helioabalo) et deus ipse Elegebalus Roma penitus est exactus. *Dio Cass.* 79, 21. — Ubi primum diem senatus habuit, matrem suam in senatum rogari iussit. Quae quum venisset, vocata ad consulum subsellia scribendo affuit, id est, senatusconsulti conficiendi testis solusque Imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima, loco viri senatum ingressa est. Fecit et in colle Quirinali senaculum, id est mulierum senatum, in quo antea fuerat conventus matronalis, solemibus duntaxat diebus, et si unquam aliqua matrona consularis, coniugii ornamentis esset donata, quod veteres Imperatores affinis detulerunt, et his maxime, quae nobilitatos maritos non habuerant, ne immobilitate remaneret. Sed Semiamrica facta sunt senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus; quae quo vestitu incederent, quae cui cederet, quae ad eius osculum veniret, quae pilento, quae equo sagmario, quae asino veleretur, quae carpento mulari, quae boum; quae sella